



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. VI. Rempublicam à Deo dependere, sacræ Scripturæ sententijs
probat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

omnia eius conspectum fugiant, omnia illius furori cedunt, sublata omni, qua possit ratione reprimi:

Fortunam ecce montano flumini comparat, cui nulla vi, arte, ratione possit obfisti.

Siderum
cursus, &
fortuna cō-
temnendus.

Meus princeps, senatus, ciuitas, exercitus, vni, vero, bono, iusto se Deo committet, siderum seu errores, seu statas periodos, & iussos à Deo circuitus, ad se nihil pertinere, nullam in suam vel aliorum libertatem habere iurisdictionem, aut efficientiam certo sibi persuadebit. Ita nec in malis animo deicietur, memor Deum esse, qui rebus tristibus finem statuit, nec prosperis effertur, nescius occulti consilii, quo subito superbia plectitur. Hoc modo magna ac recondita, sed nunquam iniqua efficacitate, momento fit cinis, diu sylua; ad sonum tubæ cadauerum fit congeries, quæ castra fuerant. Fateri hoc ipsum cogit, vel inuitum, vel ignorantem veritas. Quid enim est quod ait, Parcatum nos telas posse texere? non igitur illa colorum, & constellatiorum aspectus inenitabili necessitate vehunt, sed suæ quique fortunæ est faber, vt in prouerbio dicitur. Si enim necessitas illa causas habet astrorum positus, aspectus, eleuationes, retrogradationes, domicilia, inclinationes, triangulos, & obscuraciones, obliquitates, coniunctionumque tam vanas, quam innumerabiles *symplicias*, & quasi connubia; non est in hominum potestate magis fata sua texere, quam citatissimos siderum cursus inhibere, cum incommutabili, atque insuperabili nexu, vinculis ad amantissimas fata cælis fixa trahantur. Deinde quomodo faciliorem euentum iis quæ ab eo impendent efficere, atque promouere potest homo, qui totus fato agitur? Vtar exemplis Machiaelli. Inexpugnabili fatorum necessitati tribuit, Trium Fabiorum, qui legati missi fuerant, vt pacem Clusinos inter, & Gallos componerent, pugnam, qua Gallos in Romanos concitauerunt, Camilli exilium eidem fato imputat, nescisti Gallis à tam insigni imperatore posset. Imo etiam stellæ fecerunt, ne dictatorem dicerent, ne Tribuni castra munirent, ne Deorum memores essent, ne auspicato, ne litato instruerent aciem, ne Romam clauderent, ne inermem turbam fugere sinerent, ne Romam excinderent. Hæc absoluta necessitate alia vehebant, vt ille sentit. In quibus hoc primum quero, quomodo vel Camillus, vel Manlius meliorem his fatibus euentum efficere potuerit? Velenim melior ille euentus, quem in humana prudentia, ac cautione collocat, extra vim fati, siderumque conspirationem fuit, vel is quoque eadem necessitatis catena alligatus, stabat sub ictu fati, & tormento fortunæ. Si melior euentus à fato fuit, non igitur eum efficere ac promouere Camilli fides, atque industria potuit, non magis quam illa quæ fato iam acciderant. Si extra ius ditionemque fati ac fortunæ melior euentus in Camilli arbitrio fuit, cur non & reliqua eodem loco ponit? Si enim aliqua fato liberat: quo iure cætera fatibus addicit? Parum considerati hominis est, calamitates fato inscribere, meliorem euentum nobis, si enim necessitate improuisa, atque inflexibili eueniunt, non possumus nos ea in vllam partem aliam derotquere. Tam enim in fatibus est, vt ictum graui pondere libratum, nudo pectore excipiam, quam in fatibus est, vt laucier. Si enim cladem fata ferunt, magnitudinem etiam eius demensam, modumque, & circumstantiarum momenta sub numero tenent. Si ferunt, destinato ferunt; nec quicquam iam nostrum est nisi pati; quanquam & quantum doleat, id quoque, si consequenter initis phieriam inde losophabitur, fatibus assignabit. Si enim cæli Iulio sunt circueuentam mortem fatarunt, etiam viginti tria vulneta, primum à Casca sub iugulo, secundum & fo-

Fati Mathematici
necessitas
arbitrium
collit.

Fatum si
in vna re
derur, ab al-
tis non po-
test excludi.

Si enema
sunt à fato,
etiam inde
sunt circue-
uentam mor-
tem fatarunt,
etiam viginti
tria vulneta,
primum à Casca
sub iugulo, secundum & fo-

lum letiferum sub pectore, cætera leniora, decreuerunt. Vanum igitur est, & propriæ sententiæ aduersum, quod de fato Machiaellus asserit.

Hoc quidem, vt ostendi, imprudentis est. Illud vero quod fato vetitos iudicat, ne deorum memores essent, ne auspicato, ne litato aciem instruerent, peculiarem habet cum stultitia impietatem. Nam si, vt fati defensor, & astrologus loquitur, quid præsidii in Deis esse poterat, cum satis illi sint certare minores? cum Iupiter ipse preces, & iras Iunonis iniquas fatibus subiciat?

Si fati est,
non sunt dii
curandi.

Fata viam inuenient, inquit.

Auspicia, extispicia, miserarum pecudum viscerationes, fissum iecur, decolora victimarum intestina, sinistrae aues, & captata vocum omina, non possunt fatorum violentiam flectere, si igitur in fatibus erat vinci Romanis, nulla aues, nulla Hecatombæ malum auertere poterant.

Si Christianus est, quo modo à fato venisse censer, quod auspicato, & litato, acies instructa non sit? Si consultationes magicas, tripudium Solistimum, resulum esæ voracis ore pulli proiectæ fata fieri vetuerunt, iam aliquid boni fatibus adscribit, quia ne per tales quidem præstigias vincere pulchrum fuit: Sed quis sensus illius est, quæ religio, qui tot scelerum, quorum caput magia, & idololatria fuit, impedimentum putat fuisse cladium, & amissæ vrbs? Tu Christianus es, & tamen inter causas afflictæ reipublicæ, ac in extremas angustias redactæ etiam hoc refers, quod ex dæmone consilia non exquiescent? illi nefaria sacrificia non obtulerint? non litarint? Tot exercitus Deorum contemptores victoriam consecuti sunt, non auspicato, non litato pugnant, cur igitur hoc in Romanis reprehenditur? Verum de illa controuersia latius disseramus, est enim necessarium Deo omnium regnorum salutem ascribere, omnia sunt à Deo. Peruersa sunt omnia que non sunt à Deo. Tert. de cultu scem. Nam habet Deus testimonia, totum hoc, quod sumus, & in quo sumus. Idem Tertull. l. 1. contra Marcion. Ille omnia quæ sunt verbo, ratione dispensat, virtute consummat. Salus hominum in Dei tutela est, dixit ille etiam, qui de Deo dubitauit l. 3. de finibus. Nemo regum intumescat, omnes serui sumus, dominum enim habemus Deum. Tot vrbium, tot regnorum, in quibus tu operosius, quam Deus, coleris, dominus est Deus, vsum fructum & incerti temporis vsuram tibi relinquit. Tot tibi populi seruiunt, tu vni Deo, qui tibi hos subiecit, serui. Nulla est reipublicæ pestis perniciosior, nulla clades vitalia magis oppressit, quam cum magistratus auctoritas, & imperii maiestas infringitur. Maior tamen est calamitas cum princeps, aut reipublica summæ maiestatis læsæ rea est.

Auspicia
damnat re-
ligio Chri-
stiana.

Omnia à
Deo.

CAPVT VI.

Rempubicam à Deo dependere sacre scripturæ sententiis probatur.

§. 1. **M**hi hæc disputatio est aduersus Atheos, diuinæ prouidentia, & benignitatis inficiatores blasphemos, qui dæmonibus non litasse, noxiū Reipublicæ arbitrantur, quos contra ratione, & secularibus literis potius quàm scripturis diuinis pugnandum non ignoro: Non tamen omittenda etiam hæc arma existimaui, quæ si non lædant hostem refugientem, tamen fatigabunt, & terrefacient. Causa vero mihi quadruplex: principio principibus & consiliariis orthodoxis utilis erit, & grata atque ad detestandum Machiaellinum efficacissima cōtemplatio. Deinde pluribus quos inter pietatem, & simulationem ambigua tenet, atque hæsitatio, proderit: necesse est enim scripturam tam antiquam, tam venera-

Contra A-
theos etiam
sacra litera
possunt va-
surpari.

venerabilem, tot annorum millibus commendatam auctoritatis aliquid etiam apud incredulos obtinere. Terrio, latens est in verbis Dei vis quædam, & efficacia penetrabilior omni gladio ancipiti, quæ sæpe etiam in impiorum cordibus conuersionem operatur, quam causam arbitror, cur crebro sancti patres diuinarum literarum oracula contra gentes disputantes illarum fabulis opposuerint. Denique historia sacra, si prophetarum oracula adiungas non fideles modo, sed gentes, atque atheos, conuincit, Deum esse, & in manu eius esse omnia regna terræ. Sacris ergo literis & hic vtar: Cui enim magis de Deo, quam Deo credam? [Amb. contra Symm.] Coniiciam vero testimonia in tres classes, nam aliquando Deus ipse dicitur omnia gubernare. Deinde aliquando dare regna, auferre, transferre, denique omnem Regnorum mutationem iam olim prædixit. Si igitur Deus omnibus omnium regnorum administrationibus interest, atque adeo præest, si regna se dare, & transferre proficetur, si euerfiones vrbium, commutationes monarchiarum multo ante quam eueniant, denunciauit, quomodo ab eo non pendent omnia, qui omnia creauit? omnia prænouit, cui etiam cura fuit, vt omnia amicis suis prophetis aperiret?

§. 2. Tota scriptura sacra in eo est, vt à Deo omnia dependere, omnia eius regi arbitrio demonstraret. Quid rerum molitio, & mundi constructio aliud, quam auctorem loquitur? Singula attendisse eum, sacrificia duorum fratrum docent, quorum aliqua aspexit, aliqua neglexit. Mundi deinde primogenii scelera vndis vlticibus, cum vniuerso hominum genere meruit, nec tamen iustum Noc cum familia sua eadem pœna inuoluit. Idem Deus quanta Ægyptiis damna intulit? nec modo aquas maris Rubri duxit & reduxit, sed ranis, muscis, & tenebris afflixit, haud minor artifex in paruis, quam in magnis, itaque vilissimis bestiolis impia gentis superbiam castigauit, & edomuit. Vide vnus noctis stragem & centum octoginta quinque millia funerum in castris assyriis regnante Ezechia, & nega Deum Israeli tum propitium, Assyriis intentum fuisse. Deo igitur credamus, regni sui testis ille optimus est.

Dominum regnare.

§. 3. Exod. 15. 18. Dominus regnabit in æternum & ultra.

Deut. 17. 20. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram, vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse, & Filius eius super Israel.

1. Regum 8. 7. Dixit autem Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi, non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.

1. Regum 12. 12. Videntes autem quod Naas rex filiorum Ammon venisset aduersum nos, dixisti mihi, nequaquam, sed rex imperabit nobis: cum Dominus Deus vester regnaret in vobis.

1. Paralip. 29. 11. Tua est Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus: cuncta enim quæ in celo sunt, & in terra, tua sunt: tuum Domine regnum, & tu es super omnes Principes. Tua diuitia, & tua est gloria: tu dominaris omnium: in manu tua magnitudo & imperium omnium.

Iob. 34. 18. Qui dicit regi, apostata: qui vocat duces impios?

Iob. 34. 24. Conteret multos, innumerabiles, & stare faciet alios pro eis.

Lucæ 1. 33. Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

Isaia 24. 23. Et erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

Ezechiel. 20. 33. Vno ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extenso, & in furore effuso

regnabo super vos. Et educam vos de populis: & congregabo vos de terris, in quibus dispersi estis, in manu valida, & in brachio extenso, & in furore effuso regnabo super vos.

Ieremia 23. 5. Ecce, dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo David germen iustum: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium, & iustitiam in terra.

Dan. 4. 31. Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad celum leuaui, & sensus meus redditus est mihi: & altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum laudavi, & glorificaui: quia potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generatione & generatione.

Dan. 4. 14. In sententia vigilum decretum est, & sermo sanctorum & petitio: donec cognoscant viuentes quoniam dominatur excelsus in regno hominum; & cuiusque voluerit, dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum.

Psal. 47. 9. Quoniam rex omnis terra Deus, Regnabit dominus super gentes.

Psal. 93. 1. Dominus regnauit, decorem indutus est.

Psal. 97. 1. Dominus regnauit, exultet terra.

Psal. Dominus regnauit, irascantur populi.

§. 4. Si domini igitur est regnum, si ille est, qui dat potestatem super gentes, vt regat eas in virga ferrea. Apocalyp. 2. 27. & 19. 15. Si in Deum non cadit imbecillitas, ipse regni est, & protector, & cum offensus est, euerfor. Nec principi cuius rationes à Deo pendent, timendus hostis est: Non enim plus ad deiciendum potest terrena potentia, quam ad erigendum tutela diuina. Cyprian. l. 2. ep. 6. Nulla vis humana diuinis resistit. Sen. Et reuera bene Philo: Quicumque cum Deo sedes habet, felicitatis tenet fastigium. Ita habeant principes; supremum moderatorem Deum esse: Et sicut Deo offenso nihil est, quod illis possit suffragari, ita Deo propitio illis nulla nocebit aduersitas. Quos enim omnipotens tutela defendendos suscipit, etiam si mundi totius viribus petantur, vinci tamen non poterunt, quia Deus, qui cum iplis, & quo cum ipli regnant, inuictus est.

§. 5. Testatur idem Deus, se non modo regnare, & imperia moderari, sed dare, auferre, augere, minuire. 1. Regum 15. 18. Et ait ad eum Samuel, scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.

Sapient. 10. 10. Hac autem, profugum ira fratris iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius.

Sapient. 10. 14. Et in vinculis non dereliquit illum donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mendaces ostendit qui maculauerunt illum & dedit illi claritatem æternam.

Isaia 10. 10. Quo modo inuenit manus mea regna Idoli, sic & simulacra eorum de Ierusalem & de Samaria.

Isaia 13. 19. Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, incluta in superbia Chaldeorum, sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrhæam.

Isaia 14. 16. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient, Nunquid iste est vir qui conturbauit terram, qui concussit regna: Qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, vinctus eius non aperuit carcerem?

Isaia 60. 12. Gens enim & regnum quod non seruiert tibi, peribit: & gentes solitudine vastabuntur.

Isaia 62. 3. Et eris corona glorie in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.

Ezechiel. 32. 1. Et factum est, duodecimo anno, in mense duodecimo, in vna mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, assume lamentum super Pharaonem regem Ægypti, & dices ad eum; Leoni gentium assimilatus es, & aracom, qui est in mari: & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina earum. Propterea hæc dixit Dominus Deus; Expandam super te rete meum in multitu-

in multitudinem populorum multorum, & extraham te in sagena mea. Et projiciam te in terram, super faciem agri abijiciam te: & habitare faciam super te omnia volatilia celi, & saturabo de te bestias vniuersae terra. Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles tuos sanie tua. Et irrigabo terram fetore sanguinis tui super montes, & valles implebuntur ex te. Et operiam cum extinctus fueris, celos: & nigrescere faciam stellae eius: solem nube regam, & luna non dabit lumen suum. Omnia luminaria celi morere faciam super te: & dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus. Et irritabo cor populorum multorum, cum induxero contritionem tuam in gentibus super terras quas nescis. Et stupescere faciam super te populos multos, & reges eorum horrore nimio formidabunt super te, cum volare caperit gladius meus super facies eorum: & obstupescant repente singuli pro anima sua in die ruinae suae. Quia haec dicit Dominus Deus, Gladius regis Babylonis venit tibi, in gladius sortium deiciam multitudinem tuam, inexpugnabiles omnes Gentes haec: & vastabunt superbiam Aegypti, & dissipabitur multitudo eius. Et perdam omnia iumenta eius quae erant super aquas plurimas: & non conturbabit eas pes hominis ultra, neque vngula iumentorum turbabit eas.

Dan. 2. 21. Et ipse mutat tempora & atates: transfert regna atque constituit: dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam.

Dan. 5. 18. O rex, Deus altissimus regnum, & magnificentiam, gloriam & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo. Et propter magnificentiam quam dederat ei, vniuersi populi, tribus & linguae tremebant, & metuebant eum, quos volebat interficere: & quos volebat, percutiebat: & quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat. Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est.

Dan. 5. 28. PHARES: diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis.

Dan. 7. 14. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguae ipsi seruiunt: potestas eius, potestas aeterna quae non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.

§. 6. Tertium est argumentum à praedictionibus desumptum. Abrahamo, Isaac, Iacobo, ceteris patriarchis multo ante omnia, quae euentura fuerunt, posteris indicata sunt, Moysi & Iosue ducibus omnia futura panduntur, ceterisque prophetis: prouidentia Dei igitur regna stant, caduntque.

Vide Num. 24. 7. Fluet aqua de sinu eius, & semen illius erit in aquas multas, tollitur propter Agag, rex eius, & auferetur regnum illius.

Deut. 3. 21. Iosue quoque in tempore illo praecepit, dicens, oculi tui viderunt quae fecit Dominus Deus vester duobus his regibus: sic faciet omnibus regibus ad quae transurus es. Ne timeas eos: Dominus enim Deus noster pugnabit pro vobis.

3. Reg. 11. 17. Dixit itaque Dominus Salomoni. Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & praecepta mea quae mandavi tibi, disrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. Veruntamen in diebus tuis non faciam propter David patrem tuum: de manu filij tui scindam illud, nec totum regnum auferam, sed tribum vnā dabo Filio tuo propter David seruum meum, & Ierusalem quam elegi.

2. Reg. 3. 10. Sic faciam cum eo, ut transferatur de domo Saul, & eleuetur thronus David super Israel, & super Iudam, & Dan usque Bersabee.

Dan. 2. 39. Et post te consurget regnum aliud minus te: & regnum tertium aliud erit: quod imperabit vniuersae terrae, Et regnum quartum erit velut ferrum, quomodo ferrum comminuit & domat omnia: Sic comminuet & conteret omnia haec.

Est igitur efficax contra Politicorum Atheismum antidoton futurorum praesensio & praedictio. Si enim regnorum interitus, & regum puniendae scelera

tanto ante seruis dei, & per ipsos impio mundo denunciat Deus aeternus, dubitare nemo potest, oculatissima prouidentia, & immutabili iustitia mundum administrari.

§. 7. Philosophorum veterum exquisita quaedam argumenta, cur esset diuinitas, collecta fuisse docent multorum libri, & vetustissimorum à posterioribus relatae sententiae. Et omnium quidem, qui Deos esse dicebant, excepto Xenophane Colophonio, & Epicuro, in diuinatione astruenda consensus fuit, ut auctor est l. 2. de Diuinat. Cicero: Omnium, inquam, qui aliquid sciri posse concederent; nam Academici qui nihil sciri contenderent, adeo ut ne hoc quidem scire se, quod nihil scirent, omnium ambigui, semper *ἐπὶ ἅπασιν*, profiterentur, illi inquam diuinationem quomodo probarent, qui esse se nescirent! Ceterorum, qui Deos esse putarent haec erat ratiocinatio; si sit diuinitas, deos esse, & si dii sint, diuinationem esse. Haec enim inter se reciprocari. Veteres illos improbarunt, qui proxime sunt eos infecti: Natura enim sine Deo futura significari posse putabant, & posse esse eos deos qui humano generi diuinationem nullam tribuerent.

Verum & hi, & illi ignari veritatis, varia se fraude & superstitione obligarunt, eoque rem adduxerunt, ut tam illi qui Deos, religionemque à se defendi arbitrabantur, quam illi, qui superstitionem gloriabantur se tollere, ex aequo diuinandi omnem vim facultatemque eneruarent, aut magnis sceleribus infamarent. Quam futili enim ratione Chrysippus, Diogenes, Antipater pro rerum futurarum cognitione pugnant? Si sunt dii (inquiunt 2. de diuinat. apud Tullium) neque ante declarant hominibus quae futura sunt: aut non diligunt homines, aut quid euenturum sit ignorant: aut existimant nihil interesse, hominem scire, quid sit futurum: aut non censent esse suae maiestatis, praesignificare hominibus quae sint futura: aut ea ne ipsi quidem dii significare possunt. At neque non diligunt nos: sunt enim benefici, generique hominum amici, neque ignorant ea, quae ab ipsis constituta & designata sunt: neque nostra nihil interest, scire ea quae futura sunt, erimus enim cautiore, si scierimus: neque hoc alienum ducunt maiestate sua: nihil est enim beneficentia praestantius: neque non possunt futura praenoscere, non igitur sunt dii, nec significant nobis futura: sunt autem dii, significant ergo.

Sunt quidem in hac ratiocinatione vera nonnulla, si ad vnicum, verumque Deum referantur, qui in nos beneficentissimus est, qui prior dilexit nos, ita ut pro reconciliatione totius mundi vniuersum suum dederit, qui omnium rerum quamuis arcana reconditaque praenouit euenta, & quae eius voluntate accidunt, & quae eius permissione non carent. Non tamen inde suas praedictiones probare gentilitas potest, cum multa adeo latere voluerit, etiam optimos atque amicissimos.

Allatis deinde vatum suorum exemplis partim manifeste falsis, partim ambiguis, & flexilioribus rem inter ipsos dubiam, irrisoribus Atheorum obnoxiam reddiderunt, dum extis, aëribus, ominibus, fulgure, somniis, ac postremo furoribus euentuum certitudinem denunciant. Quid facilius quam fabulas de Tage exarato vate, de anguibz Gracchi, de Passeribus Calchantis, De Aio Locutio, de nouacula Tarquinii, tripudio Solistimo, Epimenide Cretenis, Babylonius annorum quadringentorum septuaginta milium obseruationibus, ceterisque refutare, quandoquidem ab ipsis gentilibus irrideri ut plurimum consueverunt? Vani igitur, superstitiosi, & saepe furentes Ethnicarum diuinationum sunt approbatores & defensores.

Diuinationem philosophi concedunt.

Sed cum multis erroribus.

Ethnicorum vana diuinitio.

§. 8. Nec

§. 8. Nec tamen è contrario probabilis fuit eorum ratio, qui omnem rerum futurarum præscientiam, & prædictionem sustulerunt, hi enim ius suum Deo, præscientiamque auferentes sacrilegi fuerunt, nec ullius sunt momenti in re grauissima rationes. Quod enim omnium rerum enumeratione probare conantur, nõ esse posse prophetiam, aut quamcunque fortuitorum prænotionem, in singulis aberrant. Argumentum omnium Atheorum est apud Ciceronem, lib. 1. de diuinatione: Quæ sensibus percipiuntur, arte tractantur, quæ in Philosophia de officiis statuuntur, quæ in Physicis, Dialecticis, medicina traduntur, non sunt aruspicum, aut vatium, nulla igitur diuinatione. Ratio tamen ostendit in his omnibus esse veras prædictiones, & licet rationes nullæ appareat, cur ista eueniant, non illa, diuina tamen patefactione à vate cognoscitur, quod in se cognosci non poterat. Et miranda est hominum alias acutorum in prænotione futurorum exagitanda hebitudo. Cum enim in hominis sit potestate, quæ ipse facere statuit, futura prædicere, cur non possit esse suorum consiliatorum reuelator, qui est omnipotens auctor omnium itaque rerum illarum potest esse diuinatione, quia omnes à certo euentu pendent. Alii ideo diuinationem inficiantur, & præscientiam, quia fatum stoicum execrantur. Putant enim non dissociabili vinculo præscientiam, prædictionem, fatumque coniungi, atque ita deuinciri, vt aut hoc concedendum, aut illa neganda sint, ita quidem Cicero libris suis de diuinatione conscriptis. Et notauit S. Augustinus lib. 5. de ciuitate Dei, cap. 9.

Homo quæ agere statuit, potest prædicere, cur non Deus?

Cicero diuinationem & fatum putat esse connexa.

Hos Cicero ita redarguere conatur, vt non existimet aliquid se aduersus eos valere, nisi auferat diuinationem. Quam sic conatur auferre, vt neget esse scientiam futurorum, eamque omnibus viribus nullam esse omnino contendat, vel in Deo, vel in homine, nullamque rerum prædictionem. Ita & Dei præscientiam negat, & omnem Prophetiam luce clariorem conatur euertere vanis argumentationibus, & opponendo sibi quædam oracula, quæ facile possunt refelli: quæ tamen nec ipse conuincit. In his autem Mathematicorum coniecturis refutandis eius regnat oratio, quia vere tales sunt, vt se ipsa destruant, & refellant. Multo sunt autem tolerabiliores, qui vel fidera fata constituunt, quam ille, qui tollit præscientiam futurorum. Nam & confiteri esse Deum, & negare præscium futurorum, apertissima insania est. Quod & ipse cum videret, etiam illud tentauit asserere, quod scriptum est: Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus: Sed non ex sua persona, vidit enim quam esset inuidiosum & molestum, ideoque Cottam fecit disputantem de hac aduersum Stoicos in libris de Deorum natur. & pro Lucilio Balbo, cum Stoicorum partes defendendas dedit, maluit ferre sententiam pro Cotta, qui nullam naturam diuinam esse contendit. In libris vero de diuin. ex ipso apertissime oppugnant præscientiam futurorum. Hoc autem totum facere videtur, ne fatum esse consentiat, & perdat liberam voluntatem. Putat enim concessa scientia futurorum ita esse consequens fatum, vt negari omnino non possit. Verum tam clarum ac manifestum est aliquam prophetiam esse futurorum, & occultorum, vt quicquid ad illud probandum affumitur minus videatur esse clarum. Multarum enim prædictionum plena est omnis historia, sacra, profana, neque omnes fictæ sunt, aut fallaces, quæ demonum ope vere, sed fallaciter factæ sunt. Vt enim plurima vana fictæque sint, certe non excedunt spirituum istorum facultatem plerique, quæ narrari solent, ne longius rem extraham, quæ Augustinus lib. 1. contra Academicos de Albicerio recenset in medium afferam.

§. 9. Hic Licentius, quem post istam definitionem diuinationem quæsiturum esse quid diceret, subiicit statim, cur ergo non sapientem vocamus flagitiosum illum hominem, quem ipsi bene nouimus per innumera scorta solere dissolui: Albicerium dico illum, qui apud Carthaginem multos annos consulenti bus mira quadam, & certa respondit: Innumera ab illa commemorare possem, nisi & apud eos loquerer, qui experti sunt, & paucis nunc satis sit, ad id quod volo. Nonne cochlearium m. (mibi autem dicebat) cum domi non inueniretur, tuo iussu percuinctus, non solum quid quereretur, verum etiam nominatum cuius res esset, & vbi lateret, citissime verissimeque respondit? Item me presente, omisso illud quod in eo quod rogabatur nihil omnino falsus est, sed cum puer qui nummos ferebat, certam earum partem cum ad eum pergeremus, furatus esset, omnes sibi numerari iussit, coegitque illum ante oculos nostros quos abstulerat reddere, priusquam omnino ipse aut eosdem nummos vidisset, aut quantum sibi allatum fuerit audisset è nobis. Quid quod doctissimum & clarissimum virum Flaccianum mirari solitum esse abs te accepimus? qui cum de fundo emendo esset locutus, ad illum diuinum rem ita detulit, vt quid egisset, si potis esset, ediceret. Atque ille statim non modo negotij genus, sed etiam, in quo ille vehementer clamabat admirans, ipsum fundi nomen pronunciauit, cum ita esset absurdum, vt vix eius Flaccianus ipse meminisset. Iam illud sine stupore animi non queo dicere, quod amico nostro discipulo tuo sese volenti exagitare flagitanteque insolenter, vt diceret, quid secum ipse tacitus volueret: Virgilius versum eum cogitare respondit. Cum ille obstupescens negare non posset, perrexit querere, quænam res esset. Nec Albicerius qui Grammatici scholam vix transiens vidisset aliquando, versum ipsum securus, & garrulus canere dubitauit. Nunc igitur aut res humane non erant, de quibus ille consulebatur, aut sine rerum diuinarum scientia tam certa consulenti bus & vera respondit? At vtique absurdum est, nam & humane res nihil sunt aliud quam res hominum vt argentum, nummi, fundus, postremo ipsa etiam cogitatio: & res diuinas quis non recte arbitretur esse, per quas homini diuinatione ipsa contingit? Sapiens ergo fuit Albicerius, si sapientiam rerum humanarum diuinarumque scientiam esse illa definitione concedimus. Hic ille: Primo inquit, Ego scientiam non appello, in qua quicquam proficetur, aliquando fallitur. Scientia enim non solum comprehensibilis, sed ita comprehensibilis constat, vt neque in ea quisquam errare, nec quibulibet aduersantibus impulsu nutare debeat. Vnde verissime à quibusdam Philosophis dicitur, in nullo eam posse nisi in sapiente inueniri, qui non modo perceptum habere debet id quod tenet ac sequitur, verum etiam inconcussim tenere. Scimus autem illum, quem rememorasti, multa sæpe falsa dixisse, quod non solum aliis mihi referentibus comperi, sed presens aliquando ipse percepit. Minime igitur scientem vocem, cum sæpe falsa dixerit, quem non vocarem si constanter vera dixisset? Hoc me de Aristipibus & de auguribus & de his omnibus qui fidera consulant, & de coniectoris somniorum dixisse putarote. Aut aliquem ex hoc genere hominum proferte, si potestis qui consultus nunquam de responsis suis dubitauerit, nunquam postremo falsa responderit. Nam de variis nihil mihi puto esse laborandum, qui mente loquuntur aliena. Deinde res humanas esse, vt concedam res hominum, quicquam tu existimas nostrum esse, quod nobis vel dare, vel eripere casus potest? aut cum rerum humanarum scientia dicitur, ea dicitur, quæ quisquam nouit vel quor, vel quales fundos habeamus, quid auri, quid argenti, quidque denique alienorum carminum cogitemus & illa est humanarum rerum scientia, quæ nouit lumen prudentia, temperantia decus, fortitudinis robur, iustitia sanctitas. Hæc enim sunt quæ nullam fortunam mercentes, vera nostra dicere audent: quæ si Albicerius ille didicisset, nunquam mihi crede tam luxuriose, deformiterque vixisset, quod autem dixit quem versum volueret animo ille, à quo consulebatur, neque hoc puto inter res nostras esse numerandum: non quo negem honestissimas disciplinas ad possessionem quandam nostri animi pertinere, sed quia versum alienum etiam imperitissimus canere, ac pronunciare concessum est, ideoque talia cum in

Magica prædictionis exemplum.

Vates gentium sæpe errant.

Vaticinia
gentium
sunt vilissi-
marum ani-
marum.

cum in memoriam nostram incurrerint, non mirum est, si senti-
turi possint ab huius aeris animalibus quibusdam vilissimis,
quos demonas vocant à quibus nos superari acumine ac subtri-
luare sensuum posse concedo, ratione autem nego. Atque fieri
nescio quo modo secretissimo atque à nostris sensibus remotissi-
mo. Non enim si miramur apiculam melle posito, nescio qua
sagacitate, qua hominem vincit, vndeunque advolare, ideo
eam nobis proponere, aut saltem comparare debemus. Itaque
vellem magis iste Albicrius ab eo, qui discere cuperet, interro-
gatus ipsa metra docuisset, vel coactus à quopiam consultorū,
dere sibi statim proposita versus proprios cecinisset. Quod eun-
dem Flaccianum sepe dixisse soles commemorare, cum illud
diuinationis genus magna mentis altitudine derideret, atque
despiceret, idque nescio cui abiectionis animalis, sic enim dice-
bat, tribueret, quo ille quasi spiritu admotus vel inflatus hac
respondere solitus esset. Querebat enim vir ille doctissimus ab
eis, qui talia imitarentur num Grammaticam, vel musicā, vel
Geometriam Albicrius posset docere? Quis autem illum nosset
& non istorum omnium imperitissimum fateretur? Quamo-
diū ad extremum hortabatur, ut animos suos ij, qui talia di-
dicissent, illi diuinationi sine dubitatione praeferrent, darentq;
operam his disciplinis instrueri arg, adimiculi suam men-
tem, quibus veram istam inuisibilem animantium naturam
transire, & eam superuolare contingeret. Iam res diuinae,
cum omnibus concedentibus, meliores augustioresque multo
quam humane sint, quo pacto ille eas assequi poterat, qui, quid
esset ipse, nesciebat. Nisi forte existimas sidera, qua quotidie con-
templamur, magnum quiddam esse in comparatione verissimi
& secretissimi Dei, quem raro fortasse intellectus, sensus autem
nullus attingit, hac autem praesto sunt oculis nostris. Nec ista i-
gitur sunt illa diuina, qualia se sola scire sapientia profiteretur:
cetera autem quibus isti, nescio qui, diuinae, vel ad vanam
iaculantiam vel ad quæstum abutuntur, prae sideribus profecto
viliora sunt. Non igitur Albicrius rerum humanarum ac di-
uinarum scientia particeps fuit, frustra que abs te isto modo de-
finitio nostra tentata est. Postremo, cum, quidquid preter res
humanas atque diuinas est, nos vilissimum ducere & omnino
contemnere oporteat, quæro in quibus rebus querat ille tuus sa-
piens veritatem? In diuinis, ait ille: nam virtus etiam in ho-
mine, sine dubitatione, diuina est. Has igitur Albicrius iam
sciebat quas tuus sapiens semper inquireret? His igitur reli-
ctis, de vera diuinatione agamus.

Deus om-
nia potest
indicare.

§. 10. Deinde videmus quantæ sit in medicis, Philosophis,
aliis sagacitas, quanta ex re parua in animis prudentiæ, præ-
sagitiæ; quid igitur causæ esse dicemus, cur non mens illa crea-
trix, omnium causarum arcana permeans atque gubernans e-
uentu posset pernoscere? si cognoscit cur communicare non pos-
sit? Quod narrare sodali potest amicus, non possit id homini
significare Deus?

Gentium
historia in
scripturis
predican-
tur.

§. 11. Tertio. Scripturarum auctoritas omnem omnino
dubitationem tollere potest, etiam gentibus, nemo enim adeo
rerum humanarum est imperitus, nemo tam contumax, ut vi-
niuersam historiam generis humani, vel in dubium vocet, vel
contemnat, cum vero Rerum publicarum commutationes illæ,
quas mundus magna sui dilaceratione expertus est, cum gras-
santibus quasi in diuersa incendiis, vtrunque vexaretur, cum
Assyrios Chaldei, hos Medi & Persæ exciperent, Persas cum A-
sia quasi vna ruina inuolueret Macedo suis adulatoribus, gen-
tium funeribus solitus parentare, cum illa inquam adeo diserte
distinctæque predicta, nominatus etiam Cyrus, descriptus Ale-
xander, & eius principes, non potest in occulto esse vaticinium,
quod orbis repetita concussione, multarum gentium sanguine
scriptum est. Vfus est illo olim argumento D. Augustinus, &
cetera euentura docuit, quod maior pars iam euenisset.

Hæc ergo cum prædicta sint, à Deo regi discimus,
quorum tam multa impleta conspiciamus, ut recta
pietate futura esse cetera confidamus.

C A P V T VII.

Ex Danielis prophetia probatur regna à Deo
dependere.

§. 1. Iam ex scripturis satis me demonstrasse arbi-
tror regna terrena non fortuna, aut casu, nec
fato, sed Dei voluntate inchoari, augescere, conser-
uari, deprimi, hæc tamen sic animus est, & hanc
providentiam in re clara, historia notissima, quasi in
exemplum cæterorum producere. Verba Danielis
c. 8. ita habent. Anno tertio regni Baltasar regis, visio
apparuit mihi. Ego Daniel, post id quod videram in princi-
pio, vidi in visione mea, cum essem in Susan castro, quod est in
Aelam regione: vidi autem in visione esse me super portam Vlai.
Et leuavi oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus stabat ante
paludem, habens cornua excelsa, & vnus excelsus altero suc-
crescens. Postea vidi arietem cornibus ventilantem, contra Oc-
cidentem & contra Aquilonem, & contra Meridiem: & omnes
bestie non poterant resistere ei, neque liberari de manu eius:
fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est. Et
ego intelligebam: ecce autem hircus caprarum veniebat ab Oc-
cidente super faciem totius terre, & non tangebatur terram: por-
ro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. Et venit vsq;
ad arietem illum, cornutum, quem videram stantem ante por-
tam, & ecurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. Cumque
appropinquasset prope arietem, efferatus est in eum, & percuf-
sit arietem: & comminuit duo cornua eius, & non poterat a-
ries resistere ei: cumque eum inisset in terram, conculcavit, &
nemo quibat liberare arietem de manu eius. Hircus autem ca-
prarum magnus factus est nimis: cumque creuisset, fractum est
cornu magnum, & orta sunt quatuor cornua subter illud, per
quatuor ventos celi. De vno autem ex eis egressum est cornu v-
num modicum: & factum est grande contra Meridiem, &
contra Orientem, & contra fortitudinem. Et magnificatum
est vsque ad fortitudinem celi: & deiecit de fortitudine, &
de stellis & conculcavit eas. Et vsque ad principem fortitudi-
nis magnificatum est: & ab eo tulit iuge sacrificium, & deie-
cit locum sanctificationis eius.

Exemplo
discimus
imperium
Dei in re-
ges esse.

§. 2. Et versu 19. & sequentibus. Dixit que mihi. Ego
ostendam tibi quæ futura sunt in nouissimo maledictionis: quo-
niam habet tempus finem suū. Arius quem vidisti habere cor-
nua, rex Medorum est atque Periarum. Porro hircus capra-
rum, rex Grecorum, & cornu grande quod est inter oculos e-
ius: ipse est rex primus. Quod autem fracto illo su reuerunt
quatuor pro eo: quatuor reges de gente eius consurgent, sed non
in fortitudine eius. Et post regnum eorum cum creuerint ini-
quitates, consurgit rex impudens facie, & intelligens propo-
sitiones, & roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis:
& supra quam credi potest, vniuersa vastabit, & prosperabi-
tur, & faciet. Et interficiet robustos, & populum sanctorum
secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius:
& cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet
plurimos: & contra principem principum consurgit, & sine
manu conteretur. Et visio vespere & mane, quæ dicta est, vera
est: tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. Et ego
Daniel languui & egrotavi per dies: cumque surrexissem facie-
bam opera regis, & stupebam ad visionem, & non erat qui in-
terpretaretur.

Expende hæc, & tecum puta, quam accurate Da-
rius & Alexander describantur, eorumque gesta, & Prædictio
translatio monarchiæ in angulū Græciæ ignobilem. hæc cū cir-
Aries est Darius, qui stat ante paludem, seu ante flu- cum stan-
uium, hebraice לפני הארבל Liphne haubal in conti-
specu Vbal; nam etiam reliqua Asia amissa, in flumi-
nibus, & stagnantibus aquarū paludibus ex Euphra-
te, & Tigri ipem collocabat Darius, Mediam enim
Persidem, Assyrios & totam cum Bactris barbaricam
tenebat. Hic igitur fidenter stat Arius.

Cornua excelsa sunt regnum Mediæ, & Persidos; Persicum
quanquam enim plurima regna Dario parent, Me- regnū Me-
di tamen & Persæ dominabantur. Cornu autem ex- dico maius.
cellus fuit Persicum regnum, quod multo inferius
Medico, post Cyrum inualuit, & Medorum regno
præstantius fuit, ideoque dicitur succrescere, seu ascen-
dere in nouissimō. Cyrus cum Persicum imperium
ipse Persæ hereditarium, Medicum vero dotalē pos-
sederet,